

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Initia doctrinae physicae

Melanchthon, Philipp

Francoforti, 1550

VD16 M 3471

De tempore, aeuo & aeternitate

urn:nbn:de:bsz:31-106565

LIBER II.

aut religionum cogitare possemus, quàm pecudēs.
Quare & gratias Deo agamus, quod Tempora di-
stinxit ipse, & quidem uices gratissimas fecit dierum
& noctium, mensium, æstatis & hyemis, ad quas uē-
ces mirabili consilio accommodauit conuenientes or-
tus & occasus stellarum.

Sciamus etiam harum rerum doctrinam uitæ ho-
minum necessariam esse, & Deum uelle, ut aliqui e-
am considerent. Nam cum in diuinis libris dicatur,
Genesis 1. Deum instituisse cursum solis, ut annum efficiat, ne-
cesse est certè accedere animaduersionem, seu consi-
derationem aliquam, quia non considerans ignorat
anni metas aut spacium. Sicut pecudibus ignota sunt
anni spacia.

De Tempore, Aeuo, & Aeter- nitate.

Vocabulum temporis generatiter sumi potest pro
cuiuscunque rei duratione, sed cum ab æternitate di-
scernitur, significat durationem rerum mutabilium
que incipiunt & desinunt. Aeuum significat dura-
tionem eorū que cœperunt, sed non desinunt, ut An-
gelis Aeuum tribuitur. Aeternitatem Deo propriè
tribuunt, qui nec principium nec finem habet.

Quid est Instans?

Vt Linea continuum quiddam est, quod inchoat-
tur & terminatur punctis, que geometer cogitatio-
ne constituit indiuisibilia esse, ita tempus continua
successio est, que inchoatur & terminatur momen-
to, quod